

FACULTAS

Admodum Reverendi P. Provincialis.

F• Gerardus à Stigmatibus Christi, Ordinis Fratrum Beatisissimæ Virg. MARIÆ de Monte Carmelo, per Germaniam superiorem, Ungariam & Bohemiam humilis Prior Provincialis. Authoritate nostra qua fungimur, tenore presentium facultatem concedimus R. P. Josepho à Virg. MARIA Conventū nostri Bambergensis Concionatori, Typis subjiciendi Conciones suas Festivales, sub titulo (der gejürnte und gesternte Himmel) modò à duobus Theologis, adhoc à nobis deputatis revisæ & approbatæ fuerint, accesseritque consensus aliorum, ad quos de jure spedit. Datum in Carmelo nostro Bambergensi die 13. Januarii 1707.

F. Hyacinthus ut suprà.

APPROBATIONES THEOLOGORUM.

Cœlos (ut video) etiam in Terris habemus, posteaquam Unigenitus Dei Filius inclinavit cœlos & descendit. Cœlos inquam habemus, qui non tantum enarrant gloriam Dei, sed etiam Sanctorum ejus. Tales Cœli utique sunt Sacro-Sancta Evangelia, iisdemque conformes Virorum Apostolicorum Conciones ipso Servatore Teste, prædicationem suam apud Matthæum his verbis ausplicante: *Pœnitentiam agite, appropinquavit enim Regnum Cœlorum,* hoc est prædicatio Evangelica, planissimam ac securissimam sternens

nens ad Cœlos viam. Cum itaque Reverendissimus ac perquam
Gratiosus Dominus, Dominus JOANNES WERNERUS, Epi-
scopus Dragonensis, Eminentissimi Electoris Moguntini quæ Episcopi
Bambergensis, in Pontificalibus & Spiritualibus Vicarius Generalis
&c. ejusmodi Cœlum, hoc est, Opus concionatorium in Festa to-
tius Anni, ab Admodum Reverendo, Religioso & Eximio P. Josepho
à Virgine MARIA, Sacri Ordinis Carmelitani Concionatore stu-
diosè compositum, atque ab eodem Cœlum Sydereum intitulatum,
mihi infra nominando, revidendum commiserit; Tenore præ-
sentium testor, in Sphærula hujus Cœli Syderei, non tantum So-
lem & Lunam, universumque Zodiacum in Christo, Deiparâ, ac
duodecim Apostolis, sed & Galaxiam in aliis compluribus Sanctis
veluti stellulis comparativè minoribus, Magnæ Matris nostræ ga-
laçtopotis, luculentè repræsentari. Addo prædictum Librum
Concionatorium, sive cum Marco rugiat in signo Leonis; sive cum
Luca cornutè feriat in signo Tauri; sive excutiat pharetram cœle-
stis cupidinis, plenam amorosis telis in signo Sagittarii; sive Dei-
paræ laudes decantet in signo Virginis; sive denique retrogressum
à via peccatorum ad viam virtutis doceat in signo Cancri, Cœlo
Sydereo per omnia egregiè assimilari, hoc unico excepto, quod
in præsenti Cœlo non fuerit à me notata vel unica Ecclipsis, aut
atra nubes, quæ vel Fidem orthodoxam, vel bonos mores etiam
in minimo fuscaret. Ita censeo è monte S. Michaelis propè Bam-
bergam Idiobbus Aprilis Anno 1707.

P. Gregorius Pfodenauer, Ordinis
S. Benedicti in Monte S. Michaelis pro-
fessus SS. Theologiae Lector.